Vitae et passiones sanctorum

Lorsch (z.T. Arras ?), 1. Hälfte 9. Jh. u. Ende 9. Jh. Seite 130v



gregaret. Inuenit inter eos magne peritie artis
inbutos homines claudium castorium simproni
anum & nicostratum mirificos in arte quadra
taria; Hi occulte xpiani erant custodientes man
data dei & quicquid artis operabantur in sculptura
in nomine dni ihu xpi sculpebant; Uentum est autem
quodam die imperante diocletiano augusto ut si
mulacrum solis cum quadriga ex lapide thaso ar
tifices cum omni argumento currum & equos uel
omnia ex hoc lapide sculperent; Eodem autem
tempore omnes artifices cum philosophis cogitan
tes coeperunt artis huius delimare sermonem.
& cum incidissent lapidem magnum ex metallo
thaso non conueniebat ars sculpture secundum
preceptum augusti diocletiani; & multis dieb.
erat contentio inter artifices & philosophos.
Quodam autem die conuenerunt in unum omnes
artifices numero sexcenti uiginti duo cum philo
sophis quinque ad textum lapidis & coeperunt ue
nas lapidis perquirere; & erat mira intentio
inter artifices & philosophos. Eodem tempore
simpronianus confidens in fide quam tenebat
dixit ad artifices suos. Fratres rogo uos omnes
date mihi fiduciam. & ego inuenio textum lapidis
huius cum condiscipulis meis claudio. simplicio.
nicostrato. & castorio; & quaerens uenam metal
li coepit sculpere in nomine dni ihu xpi artem. &
bene consequebatur sculptura secundum preceptu
augusti; Facta est sculptura sigilli solis in pedibus
uiginti quinque: hoc autem nuntiatum est diocle
tiano augusto. & laetificatus est; Eadem uero
hora ibidem in partibus pannonie praecepit
aedificare templum in loco qui appellatur ad mon
tem pinguem. & ibidem constituit & posuit simula
crum. & deaurauit. & coepit in eodem loco sacri
ficiis & unguentis & odoribus laetari. Deditque
dona magna artificib.; Eodem tempore laetatus
est diocletianus augustus in arte eorum. & nimio
amore captus praecepit ut ex metallo porphyritico

columnas uel capitella columnarum ab artificibus
inciderentur. Et uocauit ad se claudium simproni
anum. nicostratum. & castorium atque simplicium.
quos cum gaudio suscipiens dixit ad eos. Desidero
per peritiam artis uestrae. columnas uel capitella
columnarum ex monte porphyritico incidi. Atilli
haec audientes a rege. ilico abierunt cum multitu
dine artificum & philosophis. Uenientibus autem
ad montem porphyriticum in loco qui uocatur igne
us. coeperunt incidere lapidem in pedibus quadra
ginta. Claudius autem omnia quae operabatur in
nomine dni nostri ihu xpi faciebat. & bene seque
batur eum ars. Simplicius autem qui erat gentilis
omnia quaecumque faciebat. non erant conuenien
tia. Quadam uero die dixit ad simplicium nicostra
tus. Frater quomodo tibi ferramentum tuum
confringitur. Dixit autem ad eum simplicius
Rogo te tempera mihi ferramentum ut non con
fringatur. Dixit ei claudius. Da mihi omne inge
nium artis. & dum dedisset ei omnem sculpturā
ferrei. dixit claudius. In nomine dni ihu xpi sit hoc
ferrum forte & sanum ad facienda opera. Ab
eadem hora coepit simplicius omnem artem
dratariam cum ferramentis suis sicut simproni
anus bene & recte operari. Tunc simplicius mi
ro amore & studio coepit inquirere a simproniano
quod esset genus temperamenti quia numquam
frangebantur argumenta ferramentorū suorū.
quod ante non ita erat; dicit ei simpronianus una
cum claudio. Ergo frater mirans in temperati
one ferramentorum ds qui est creator & dns
omnium. ipse facturam suam confortauit. Re
spondit simplicius dicens simproniano. Numquid
deus iouis ipse non fecit omnia. Respondens
claudius at illi. Frater age poenitentiam quia
blasphemasti. nesciens quid loqueris. Ds quē nos
confitemur ipse omnia creauit & ihs xps filius eius
dns noster & sps scs. nam quem tu dicis deum qua
re non cognoscis quia ex nostris manib; sculptur

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0266